Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ad arcuum nouarum frugum
ad eos qui habitabant iuxta
flumen chobar. et sedi ubi ille
sedebat et mansi ibi septem
diebus merens in medio eorum.
Factum autem est transiissent sep
tem dies factum est verbum do
mini ad me dicens. fili homi
nis speculatorem dedi te do
mui israhel. audies de eo
ore verbum et annuntiabis
eis ex me. Si dicente me ad
impium morte morieris non an
nuntiauerit ei neque loqutus
fuerit ut auertat a via sua
impia et viuat ipse impius
in iniquitate sua morietur
sanguinem autem eius de
manu tua requiram. Si autem
tu annuntiauerit impio et ille
non fuerit conuersus ab im
pietate sua et a via sua impia
ipse quidem in impietate sua
morietur tu autem animam tuam
liberasti. Sed et si quesierit iu
stus a iustitia sua fuerit et
fecerit iniquitatem ponam offe
diculum coram eo ipse morietur
quia non annuntiasti ei in pec
cato suo morietur et non erit
in memoria iustitie eius quam
fecit sanguinem uero eius
de manu tua requiram. Si autem
tu annuntiauerit iusto ut non
peccet iustus et ille non pec
auerit uiuet uiuet quia
annuntiasti ei et tu animam
tuam liberasti. Et facta est super
me manus domini et dixit ad
me. Surge et egredere in
campum et ibi loquar tecum
Et surgens egressus sum in cam
pum et ecce ibi gloria domini
stabat quasi gloria quam uidi
iuxta fluuium chobar et ceci
di in faciem meam. Et ingressus
est in me spiritus et statuit me
super pedes meos et locutus est
mecum et dixit ad me. Ingrede
re et includere in medio domus
tue. Et tu fili hominis ecce da
ta sunt super te uincula et ligabun
te eis et non egredieris in me
dio eorum et ligua tua adhere
re faciam palato tuo et eris mu
tus nec quasi uir obiurgans
quia domus exasperans est
Cum autem loquar fiet tibi ape
riam os tuum et dicis ad eos
Hec dicit dominus deus. Qui
audit audiat et qui quiescit
quiescat quia domus exaspe
rans est

Et tu fili hominis sume
tibi lateres et pones eos
coram te et describes in eo
ciuitatem iherusalem. Et ordi
nabis aduersus eam obsidionem
et edificabis munitiones et ex
potabis aggerem et dabis con
tra eam castra et pones arietes
in gyro. Et tu sume tibi sartagi
nem ferream et pones eam in
murum ferreum inter te et inter
ciuitatem et obfirmabis fa
ciem tuam ad eam et erit in
obsidione et circumdabis eam
signum domui israhel et
tu dormies super latus tuum
sinistrum et pones iniquitates
domus israhel super eo nu
mero dierum quibus dormies
super illum et assumes iniqui
tates eorum. Ego autem dedi